

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Seria litteratorum, hominum poenitentia, institutio  
eruditorum delinquentium - Cod. Ettenheim-Münster 60**

**[S.l.], 1727**

Sectio 18

[urn:nbn:de:bsz:31-108344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108344)

et benigni solis, qui mentium tenebras dulcibus alloquijs  
 et splendore gratiae suae dissipent, ut inimicitiae omnes  
 odiisque tollantur. praestitit in eo Magnus Athanasius, fe-  
 licissimus ille litteratorum, quem laudans Nazianzenus Greg. Naz.  
nat. 21.  
 ait, duorum laudabilium lapidum naturam imitatum  
 nam et percutientibus inquit Adamas efficiebatur, et dissi-  
 dentibus Magnes, arcana vi natura ferrum trahens. si  
 quas videret domesticas seditiones, si cuius animum  
 obscurius iniquum, impotentem et paratum ad nocendum,  
 cum Apostolo utebatur, et pio ardore inflammatus, omne  
 ingenij sui vim et industriam conferebat ad mentium  
 conciliationem pacemque revocandam. ad cuius exemplum  
 converſi litterati animum applicent ad omnium mentes  
 pro virili quidem parte componendas. inquirant dili-  
 genter, si qua inter collegas discordia, si controversiae  
 inter sodales et partium contentiones, si quis detri-  
 eruditorum, acerbo odio, probrosaque ambulatione alte-  
 rum prosequatur; omniumque deit adhibeant diligentiam  
 et animo pio conſultent, ut ad omnium discordias placan-  
 das atque dirimendas. quo est certamine si victores redier-  
 rint, compressis odijs Deo dace, et Domitiam maleficientium  
 iracundiam. potiori iure quam pericles gloriabantur, omnes  
 ab se inimicitias depulsas atque antea mutuis disſidijs  
 effervescentes, pace parta, et feliciter constituta, ad honestam  
 conjunctionem, et complexum revocato. sanctas  
 frenicos illos columbas dixeris, dorso inaurato, et ar-  
 genteis alis praeditas, oleasque ferentes paciferarumque  
 mundi cum Deo conciliatorem imitantes; siq; in limite  
 illo gloriosissimo perrexerint, sapiusque similibus ad oras  
 inclyti redierint, post vite huius cursum, palmis et victo-  
 rijs circumsepti, caeleste Capitolium triumphabundi in-  
 gradientur.

### lectio 18.

Prudens atque sollicita devitatio Oc-  
 casionum peccandi, Consortiorum item  
 ac abusus noxiarum.

Non alijs vero ea felicitas cognita fiet litteratis,  
 nisi ijs, qui in regno tenebrarum et caliginis, ut scriphra  
 loquitur, ad Regnum lucis (sinceram mentem praxiam)  
 divinaeque cum primis benignitate aspirante fuerint tram-  
 lati. caeterum industrie caveant, ne deinceps in via  
 homini lapidibus adeo noxijs, vitijis parta in Deo erudito

sapienter regnantibus, Occasionibus item ad delinquendum  
frequentioribus; nec non Consortijs perverforum capitalibus  
in domibus denique Consuetudinibus offendantur. Non equidem  
sane peccatorum Tyranni eripiuntur prius sacrosancta  
Meliora cultor, quam cunctas labendi Occasiones ma-  
ximo studio devitaverit, atque efficacissimum illud ad ma-  
litia omnigena fugam subsidium fuerit amplexus.  
Elegantissime hanc in rem Theophrastus antiquorum  
specimen sextus tertius in libro perquam utili de Divi-  
tys. prudenti C. scribit sub libris finem, et religioso animo  
et abique alicuius reprehensionis macula vivere concupis-  
centi, non modo peccatum, verum etiam peccati ipsius  
pertimescenda esse debet occasio. beatus, inquit scriptura,  
qui timet omnia propter Dominum. occasiones enim  
peccatorum occasionibus valetudinum similes sunt. sicut  
enim corpus invalidum pristinam difficile recipiet for-  
sitatem, nisi omnes prius occasiones, per quas infirmi-  
tatum causa ministrantur, abstulerit: ita anima pecca-  
torum depressa morbo, et iniquitatum febribus cacothias  
pervalescere difficile poterit, si non universas ante occa-  
siones absciderit delictorum. Et ut sensatus ager, recu-  
perare volens celarem sanitatem, valetudinis sua cau-  
sas atque materias per se ipsa perpendens omnia saluti  
contraria repellit ac removet, quamvis desiderabilia  
nimis sint, et delectabilia voluptati: ita vir prudens, et  
sapiens, qui melioris substantia, animo scilicet desiderat  
sorsitatem, occasiones omnes debet intelligere peccatorum,  
et cum eas integrâ consideratione libraverit, ab omni animi  
sui desiderio procul avertere, nec amplius iam velle di-  
ligere, quamvis dulce atque suave sit, quod per saporis  
sui commodum spiritualibus visceribus lethale vulnus  
infundat. quibus verbis laudatus Theophrastus proclari-  
simè edocuit, quâ ratione obstruendi sint nocentissimi  
illi vitiorum multivariorum fontes, et quam sedulo  
reprimenda vis occasionum infernalis, unde omnia in-  
mortales miseros mala scaturire soleant.

Conferminum huic remedio est alterum, puta  
Declinatio Consortijs improborum, siquidem una  
omnium sapientum sententia clarissime loquat,  
quantum momenti ad peccati fugam in Declinatione.

convictus vitiosorum hominum sit postum. Luculenter  
 id pra caeteris ostendit D. Basilius Cyprio clemente Alessand:  
 rino praevis) docens, cathedram pestilentia epe confortu  
 malignorum, cum virus nequitia ab uno ad alium facilli-  
 ni serpere solet. Dicunt & sic Basilius) rerum huiusmodi  
 periti, pestem si unius hominis vel iumentis corpus ultin-  
 gat, ad quosqz proximos quasi partitò serpere: illam enim  
 epe huius morbi naturam, ut uno contaminato, mox ad  
 alium vis morbi perveniat. Tales itaqz sunt operarij iniqui-  
 tatis: alius in alium suum transmittit morbum, proinde  
 coagrotant, simul etiam pereunt. perinde ut philo perela-  
 garter, libro quod omnis probus liber sit, commouit con-  
 victum malorum hoc epe animis, quod aërem pestiferu  
 corporibus.\* Et alio loco idem philo evicit, nihil adeo  
 periculosum ei, qui passiones suas domare velit, quam  
 vulgi malignantis convictum, in quo artus passionum fee-  
 veat. Non possum quis sermone illum adscribam  
 integrum, cum plurimum ponderis atqz momenti adhibe-  
 ratur à pravo malorum commercio revocandos habere  
 videatur: si ex animo decevit homo (litteratus) affectibus  
 et perturbationibus omnibus superior evadere, contemptis  
 concupiscentijs ac voluptatibus, expediat se, fugiatqz con-  
 tinuato cursu. quin et post migrationem (à vanitate  
 scilicet, et post conversionem ad Deum seriam) satis est  
 vitare sodalitia, et amare solitudinem. Nam et apud  
 exteros praestò sunt laquei, similes domesticis, in quos  
 necesse est incidere, si quis sit in providus, et delectetur  
 multorum consuetudine. Vulgus enim est enorme, incon-  
 ditum, immodicum, culpabile, cum quo versari tendenti,  
 ad virtutem non expedit. sicut enim à longo morbo-  
 se colligentium corpora levi momento relabuntur  
 in deterius: ita quorum anima nunc primùm sanitatem  
 recipit, nistat mente invalida, ut timendum sit, ne in  
 morbum recidat, irritamentis ex incauto convictu acciden-  
 tibus. Nec veneno vel peste solum, verum quibus vis  
 etiam ferit, consuetum hominum nequam periculosius  
 existere, angustissime suo more ostendit Chrysostomus.  
 Docens, hinc salomonem, hinc samsonem, hinc Judaeos.

Clem. Alex.  
 l. 4. pedag.  
 c. 1.  
 Basili. M.  
 hom. in ps. i.

philo l.  
 de praesijp.

Chrysost.  
 hom. in ps. 4.

\* Hunc philonis locum describens Eusebius l. 8. de  
 prepar. evangel. c. 4. multa effige in eandem  
 sententiam praeclare tradidit.

universos, hinc ornatissimos quosque mortaliū in ruinam actos  
 fuisse, maximāq; admirationē dignum esse existimari, quod  
 urbem aliquam subituri, de aëris inibi salubritate curiosē  
 sciscitemur. De eorum moribus, quibus cum habenda ibi consue-  
 tudo silentes, perinde ac si non plus ab hac luce, quam ab  
 aëris intemperie, vel grassante alicubi pestilentia, sit timen-  
 dum. Omnium verō significatissima foret S. Mathia Aposto-  
 loli hanc in rem sententia, si ad eam modum ab ipso prolata  
 suspet, ad quam Clemens Alexandrinus recitavit: Dicunt  
Clem. Alex. Cinqvint Mathiam Apostolum inter cetera dixisse: si elec-  
7. Strom. ti vicinus peccaverit, peccavit electus. Nam si se ita gesserit  
ut iubeat verbum seu ratio eius vitam ita esse servitū vicin-  
us, ut non peccet. Nec male eadem in eam ipse  
Clemens: ea demum Cinqvint vita prodest consuetudo, qua  
intercedit cum viris bonis. rursus autem vita usum  
cum improbis hominibus, plane nullum agnoscent sapien-  
tissimus per Moysen pedagogus, populo porcis vesci pro-  
hibuit. Significam non oportere eos, qui Deum invocant  
cum impuris versari hominibus, qui porcorum instar cor-  
poralibus voluptatibus obsecantibus et in pudicis titilla-  
tionibus praevalentes, damnosā venereis voluptate perferunt.  
Et apposite sane porcus huiusmodi homines referre censetur  
quoniam Gentilium etiam plurimi Cippo Juliano apostata  
teste) tanquam peritū heretico, facerē ab mensa pe-  
nitentiā ablegandum censere. apud quos Christianos puta)  
etiam non pauca legas ad eam quam nunc versamus,  
apprimē spectantia. sapientissimē Epictetus apud  
Arrianum iudicavit eum, qui cum alijs convectur, plur-  
rimū aut colloquendo aut convivando, aut simul et pu-  
 miliariter vitam agendo, necesse esse aut huiusmodi  
fieri quibuscum versetur, aut in fune traducere convicto:  
res suos in suam sententiam. etenim C pergit) si carbon  
iuxta candentem carbonem ponatur, aut extinctus ille,  
ignem quoque restinguet, aut contactu inardescet. quare  
quem tantum sit periculi, cautio certē est adhibenda,  
si cum indoctis (vitijs) versari velimus, ac illorum  
commercij uti. animo semper istud volente, fieri nullo  
modo posse, quin si quis convectur fuliginoso cippia  
ipse quoque fuligine inquinetur. ita elegantissimē ad  
Epicteti mentem Arrianus. Ipse autem Epictetus in quad-  
ragefimo quinto enchiridij sui capite non aliam ob-  
causam popularia convivia sollicitissimē de vitanda.

Julianus  
 Apostat.  
 orat. 5.

Arrian.  
 l. 4. in Epict.  
 c. 16.

moribus, quam quod in illis catibus facile sit cum inquinatis  
 versari. Et Cui ad eum locum scribit simpliciter nobilita-  
 te philosophi abiecta, ad populi quasi tribunal descendere.  
 Subditus in huius rei confirmationem Epictetus: scito enim  
 si sodalis pollutus fuerit, eum etiam qui attigerit, nece-  
 sario pollui, etiam si purus ipse fuerit. Hinc maxime Seneca  
 Cui laudatissimum in eodem documento inculcanda opera  
 sapienter locandam reputavit, amico auctor fuit ut  
 turbam devitet, quod in magno numero multique semper  
 existant vitij mansueti, qui hominem quocumque agunt,  
 aliqua semper liti illius quo totum solent, aspersione  
 inficiant. quid tibi Cingit vitandum praeceptum existi-  
 mam, quibus? turbam. Nondum illi te vitio commiseris. Ego  
 certe confiteor imbecillitatem meam. nunquam mores  
 quos extulsi, refero. aliquid ex eo quod composui turbatur,  
 aliquid ex his qua fugavi, redit. quod agris evenit, quos  
 longa imbecillitas usque adeo afficit, ut nunquam sine offen-  
 sa proferantur; hoc accidit nobis, quorum animi ex longo  
 morbo reficiuntur. inimica est multorum conversatio.  
 Nemo non aliquod nobis vitium aut commendat, aut  
 imprimis, aut ne scientibus illinit. utique quod major est  
 populus, cui commiscemur, hoc periculi plures est. Et paulo  
 inferius: subducendus populo est tener animus, et  
 parum tenax recti. facile transiit ad plures. Socrati  
 Catoni, et Caelio excutere mentem suam. Dissimilis multi-  
 tudo potuisset: adeo nemo nostrum, qui cum maxima  
 concinnatus ingenium, ferre impetum vitiorum tam  
 magno comitatu venientium potest. unum exemplum,  
 aut luxuria aut avaritia, multum mali facit. Con-  
 victor delicatus paulatim enervat et emollit. Vicinus Di-  
 ves, cupiditatem irribat, malignus comes, quamvis can-  
 dido et simplici, rubiginem suam aspercit. quid tu his  
 accidere credis, in quos publica factus est impetus? Ne-  
 cesse est aut imitari, aut oderis. uterumque autem devitan-  
 dum est, ne vel similis malis fias, quia multi sunt, neve  
 inimicus multis, quia dissimiles sunt. Recede in te ipse  
 quantum poteris: cum his versare, qui te meliorem  
 facturi sunt. Illos admittite, quos tu poteris facere melio-  
 res. multo ista fiunt, et homines dum docent, discunt.  
 Rursus Ep. 104. omnem ea animo erade nequitiam, si vis

Senec.  
 Ep. 7.

peregrinationes habere iucundas, tuum comitem sera. haerebit  
tibi avaritia, quamdiu avaro sordidoq; convixeris. haerebit  
timor, quamdiu cum superbo conversaberis. Nequam feri-  
tiam in fortioris contubernio ponas. incendunt libidines tuas  
adulterorum sodalitia. si velis vitij exui, longe à vitiorum  
exemplis recedendum est. Optime Deniq; Ep. 123. inter  
causas malorum nostrorum est, quod vivimus ad exempla,  
nec ratione componimur, sed consuetudine adducimur.  
quod si pauci facerent, nollemus imitari; cum plures fa-  
cere ceperunt, quasi honestius, sit quod frequentius, se-  
quimur, et recti apud nos locum tenet error, ubi publicus  
factus est. Et mox: horum omnium sermo vitandus est.  
hi sunt qui vitia tradunt, et aliò aliunde transferunt. pes-  
simum genus hominum videbatur, qui verba gestarent, sunt  
quidam qui vitia gestant. horum sermo multum nocet.  
Nam etiam si non statim officit, semina in animo relinquit,  
sequiturq; nos, etiam cum ab illis disceperimus, re-herectura  
postea malum. quemadmodum qui audierunt symphoniam  
ferunt secum in auribus modulationem ac dulcedinem  
cantus, quae cogitationes impedit, nec ad seria patitur in-  
tendi: sic adulatorum et prava laudantium sermo diutius  
haeret, quam auditur: nec facilis est animo dulcem sonum  
excutere: prosequitur et durat, et ex intervallo recurret.  
Ideò claudende sunt aures malis vocibus, et quidem pri-  
mis. Nam cum initium fecerunt, admittunt, sunt plures  
audent. Inde ad hoc pervenitur verba: Virtus, et philoso-  
phia, et iustitia, verborum inanium crepitus est. bona fe-  
licitas est bona vita, facere omnia libere, frui patri-  
monio, hoc est vivere, hoc est se mortalem esse meminisse,  
fluunt dies, et irreparabilis vita decurrit. Dubitamus  
quod iuvat facere, et aetati non semper voluptates decip-  
tura, interim dum potest, dum possit, ingerere? ha im-  
picuum voces, adversus quas aures his spinis sepi: ha  
voces non aliter fugiendae, sunt quam illa, quas Ulysses,  
nisi alligatus praeterire noluit. idem populi: abducunt  
à patria, à parentibus, ab amicis, à virtutibus, et in tur-  
pem vitam miseris turpius illinunt.

Maximum Deniq; momentum in pravarum  
consuetudine Consuetudinem ad vitij, doctis hominibus

exitialis, exterminationem solum esse, supra iamiam de-  
 dimus demonstratum: neque id ipsum inficias ibi, quinquis  
 omnium retro seculorum eventum, respectum habue-  
 rit atque exploratum, nec non summorum Theosophorum  
 ad evadendam profligandamque illam pestem exhortatio-  
 nes ad animum suum revocaverit. Hoc Doctoris the-  
 gustissimi est pronuntiatum: Consuetudo quasi secunda,  
et quasi affabricata natura dicitur. nec minus Doctus  
 Magnus Basilus: ipse quondam novi C inquit, qui per  
 aetatis tenera florem ad obscuras carnis affectiones  
 delapsi per consuetudinem quoque mali, istis immor-  
 tui sunt peccatis. Et post Magnum illum, Magnus alter,  
 puta Gregorius: tenent C scribit prava consuetudines quae  
semel ceperunt, atque quotidie duriores existunt, et non nisi  
cum peccatoris vita finiuntur. tam negligentes quippe  
 sunt homines, tamque nihil miseret eos sui, ut malum, quod  
 aliqui curari celeriter oportuisset, serpere in penis, et  
 augeri indies sinant, donec omnino fiat immedicabile.  
 Nec aliud mali tam grandis fons et origo, nisi execranda  
 peccandi consuetudo, et mora improbissima, a qua pulsa  
 omnis, intamisque tabes, et totius vita corruptis nascitur.  
 Atque hunc ipsum deploratissimum animi statum, ante  
 oculos habuisse videtur propheta divinitus afflatus, cum  
 inquit: si mutare potest ethiops pellem suam, aut  
pardus varietates suas, et vos poteritis benefacere cum  
didiceritis malum. caestat eundem in sensum memora-  
 bile prisca cuiusdam sapientis estatum. Quod dum improbi  
 inveterata consuetudinis hominem admoneret, rogatus  
 quid ageret? ethiops, inquit, caso, addiditque notanter  
senem C h. e. hominem. longa peccandi consuetudine  
occubum D admonere, et mortuo mederi idem esse.  
 Nec mortuo mederi solum, verum etiam elatum, sepulchri  
 pulvis ac fatidum, cadaver in lucem ac vitam revocare  
 censendus est ille, qui e vitiorum cano et gravi peccandi  
 consuetudine oppressum, ad frugem et meliorem vivendi  
 methodum reduxerit. Nec male ante citatus Hippocren:  
 si antistes notavit, eos qui consuetudini pravae diutius  
 adhaerunt, velut lapide molari prepti atque sepultos  
 teneri: molas illa C scite ait, imposita sepulchro, ipsa  
est vis dura consuetudinis, qua premitur anima, nec re-  
surgere, nec respirare permittitur. Dicitur est autem  
 quaterduanus est: revera ad istam consuetudinem quarto  
 quoddam progressu pervenit anima: prima est enim  
 quasi fibrillatio delectationis in corde, secunda confessio,

August.  
C. 6. de Music.

Basil. M.  
hom. in ps. i.

Greg. M.  
C. is. Moral.  
in Job.

Jerem. 13.

1. Aug.  
l. c.



tertia factum, quarta Consuetudo, ubi factum in consuetu-  
dinem vertitur, et fit quaedam desperatio, ut dicitur, quat-  
riduanus iam putet. quod ipsum, malo suo gravissimo edoctus,  
eandemq; prava consuetudinis tyrannidem ex pertus-  
idem D. Aurelius: Ligatus eram (ait) non ferro alieno,  
sed meâ ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus,  
et inde mihi catenam fecerat, et constrinxerat me. quippi-  
ex voluntate perversa facta est libido, et dum servitur  
libidini, facta est Consuetudo, et dum consuetudini non  
resistitur, facta est necessitas, quibus quasi annulis quibus-  
dam sibi innoxie tenebat me obstructum dura servitus.

August.  
l. 8. Conf.  
c. ii.

Et quam potenter hac ipsa tyrannis eum (etiam iam  
ruptis vinculis liberum) tenuerit, inq; lapsum veluti pro-  
clivem de sancti propositi fastigio deiecerit, alio loco  
clarissimis verbis demonstravit: plus valebat in me  
deterius inolitum, quam melius ignotum. Nec incongruam  
rei huic similitudinem apud plibarchum in moralibus  
reperiis: qui dicitur (ita ibi legitur) in vinculis fuerunt  
cum ex illis, solvuntur, tamen claudicant adhuc, nec  
gradi possunt; ita dicitur vitijs aperi, etiam cum ea deiecerit  
quaedam eorum vestigia retinent. Velint, nolint, iam sibi  
quasi impossibile ducunt, recte incedere. fuerunt venatoribus  
quondam obvise puerum triennem, qui sylvis expositus,  
inter lupos emittitur, eorum mores totus induerit, et prope  
in feram, manibus ac pedibus reptans, degeneravit, lupis  
convixerit, eorumq; pradis vicitur. hic ut in manus Ang-  
lorum illic pradae sectantium devenit, Henrico principi  
Hapio dono datus est, qui fuleris ac varijs adminiculis  
puerum stipare, recta incedere, humanis moribus im-

August.  
ibid.

Ovid. l. 2. metam. cui curavit, sed irrito omnino conatus, iam morem fe-  
rat usus: naturâ scilicet dege per nibente rumpebat  
vincula, nec ferinos mores ullâ industriâ ponere valuit.  
Haec mali id ipsum ad animum, peccandi consuetudine  
depravatum transferri poterit, seebis quidem Magni  
Gregorij, loco quodam ita scribentis: usitata culpa obli-

Greg. Magat mentem, ut nequaquam surgere possit ad rectitudinē.  
Hom. Di. in Evang. conatur, et labitur, quia ubi sponte dicitur persistit, ibi et cū  
noluerit coacta cadit. quantumvis vero Consuetudo

peccandi malum tam grave fit, ut quanto amplius quisq;  
peccaverit, tanto minus se se peccasse intelligat. tantu  
abest tamen, ut liberato pravorum habituum mole  
presso, ferreâq; suâ (ut Augustinus modo dicebat)  
voluntate ligato, desperandum sit penitus, ut potius  
certissimam sibi e vinculis istis liberationem promittere  
queat, dummodo, medijs et remedijs Divino verbo pra-

scriptis rite utitur, inqz noxiarum adeo herbarum  
 eradicatione sollicitu heroicè de sedet. eruditè in lati-  
 nam tullius: multos Cingit, videmus et audimus, cum  
 totam adolescentiam voluptatibus dedissent, se ad frugè  
 bonam recepisse, hominesqz graves fuisse. Vidimus equi-  
 dem nostrà etiam etate erudito, quorundam cum totam  
 prope modum vitam, factis, ceterisqz, invidia, contem-  
 ptu, ambitioni, avaritia, noxiisqz curis stanti dedisset,  
 tandem aliquando se ad frugem bonam recepisse, et  
 viros, doctoresqz graves exstitisse. Nec defuere liberato  
 Orbi Zachari, Matthaei, Augustiniqz sui, qui ruptis divi-  
 nà clementia pravaram consuetudinum vinculis ad  
 optatissimam fidelium, Deoqz sacrorum hominum  
 libertatem aspiravere. Est autem illud inter praesidia  
 ad consuetudinem edomandam utilissimum atqz effica-  
 cissimum, ut scilicet principis obstetur. Graviter  
 et crebro id ipsum inculcant praeter Theophrastum Chris-  
 tianor, primipili ethnosophorum; atqz ut surgenti vitio-  
 rum illuviei remora quantocumqz miserantur, solent.  
 Amè monuerunt, veluti seneca in consol. ad Murciam  
 cap. i. sub fin. omnia vitia Cingit, penitus insident,  
 nisi dum surgunt oppressa sint. et mox: leviore medi-  
 cina fuisse oriens ad huc restringenda mali vis. vehe-  
 mentius contra inveterata pugnandum est. nam  
 vulnerum quoqz sanitas facilis est, dum à sanguine  
 recentia sunt. tunc et uruntur, et in album revocantur  
 et digitos, scabentium recipiunt. ubi corrupta in  
 malum ulcus veterarunt, difficilius curantur. Et in *Serian.*  
 eundem sensum plura apud Serianum leguntur. signi: l. 2. c. 18.  
 ficantius verò à Christianis Doctoribus D. Hilarius illud  
 psalmi 136. C beatus qui tenebit et allidet parvulos suos  
 ad petram. hoc sensu accipiens: vitia, inquit, corporis  
 non sunt sinenda coalescere, sed in exordijs statim  
 enecanda sunt. periculosa sunt iam robusta cupiditates,  
 et difficulter adulta quoqz perimuntur. levius autem  
 est prosumptas avellere, teneras excidere, flexibiles  
 retorquere. beatus itaqz est, quisquis in exordijs inho-  
 nestas quoqz omnium cupiditatum appetitiones, quae ex  
 voluntate carnis oriuntur, primum intra ius patientiae, suo  
 virtutisqz cohibebit. deinde eas ad fidem, atqz ad metum  
 Dei elisas enecabit. egregie item Nysenus: sanguinem expens  
 adoeit voluptas, postea autem superbia in verticem affue-

git, arrogantiaq; et fastu circumvolabitur, aduersus eos, qui  
Geog. Nip. sunt eiusdem generis sibi subiungens imperium. —  
hom. 4. Sed quemadmodum non potest serpens attrahi ab extrema  
in Galat. parte spina dorsi, nempe à caudà, cum squama natu-  
raliter contra resistant ipsi qui attrahunt, ita non licet  
ab ultimo incipere, expellere ex animà id quod est ser-  
pentium voluptatum, nisi à malo primum ingressum  
intercluseris. quamobrem caput eius observare iubet  
præceptor virtutis, initium vitij, caput nominans,  
quo non admisso, id quod restat, est iurium et inefficax.  
qui enim omnino est hostili et infesto animo aduersus  
voluptatem, non subiicietur singularibus vitij insulti-  
bus. qui autem vitij initium admisit, totam in simul  
admisit bestiam. Sit licet ingens in initijs obstendi-  
difficultas, ubi tamen impetus et estus ille vitijus  
refederit, incredibile est, quanta et quam sincera, sua  
vitas eam voluntatem perfundat, siquidem alacriter  
initijs illis malorum, et veluti culpa præludij ob-  
viam ierit. Non omittendus in signis Climaci locus,  
quo opera pretium omnino esse iudicavit obisten-  
tes obices generosi repellere ab ipso initio, et ab  
alacri ac strenua honesti professione, et malitia  
reiectione auspiciari: odiosum sane Cingit periculis  
climac. plenissimum est ab ipso statim conflictus congressu  
grad. i. lapsere luctantem. est enim futura necis non ob-  
scure argumentum. erit nobis omnino perutile forte  
et validum renuntiationis initium arripere, etiam si  
postmodum mollescere contingat. anima enim qua  
similiter pugnare coeperit, rursusq; debilitata  
ceperit, antiqua virtutis et studij memoria, quasi  
stimulo quodam et flagello vulneratur, atq; ex hoc  
nunquam plurimi pristinum vigorem receperunt  
priorumq; pennas resumpserunt.

### sectio iq.

Devitatio culparum Culti videntur  
minimarum, sanctaq; in virtutis  
proposito obduratio.

Sollicita huic initiorum profectioni porro  
iungenda est Minimarum Devitatio culparum.